

Peter Kuhlmann: Textbeispiele mit Interpretationsfragen

1. Beispiel für narrativen Text: Caesars „Orgetorix` Aufstieg und Tod“ (Caes. b. G. 1,2 und 4)

- Geeignet für Charakterisierung Orgetorix'
- Leitfragen leicht zu beantworten
- **Erzähltempo** bei unwichtigeren Stellen stark gerafft, langsamer am Höhepunkt, Zeit bleibt am Schluss stehen
- **Außenperspektive** distanziert
- **Erzählerwissen:**
 - ➔ Wechsel vom allwissend-auktorialen Erzähler (Nullfokalisierung) zu einer externen Perspektive (Fokalisierung)
 - ➔ Zum Großteil keine expliziten Werturteile, Eindruck v. Neutralität
- **Erzählstrategien**
 - ➔ Enthüllung von Relevantem nur nach und nach (Leser „erlebt“ Geschehen)
 - ➔ Verzicht von Wertungen in auktorialen Passagen, aber Anwendung in indirekten Reden (Erzeugung v. Empathie für Cäsar und Antipathie gegen Ariovist)
- **Leerstelle:** Wie kam Orgetorix ums Leben?

2. Beispiel für poetischen Text: Phaedrus' Fabel „Wolf und Schaf“ (Phaedr. 1,1)

- Fabeln des Phaedrus geeignet, da sie in hermeneutische Arbeitsweisen einführen und für gegenwärtige Lebenspraxis relevant sein können
- **Merkmale der Gattung Fabel:**
 - ➔ Darstellungsweise verschlüsselt
 - ➔ Tiere stehen metaphorisch für menschliche Charaktere
 - ➔ In sich geschlossene Situationen (Der Stärkere setzt ungerechterweise Willen gegen Schwächeren durch)
 - ➔ Einfacher, schematischer Aufbau: Anfang als Einführung, Mitte mit Dialog, Abschluss mit Intention (*epimythium*)
- **Absurditäten und Leerstellen**
 - ➔ Konkrete, aber irreal Situation: Logik (Argumentation des Schafs) steht Unlogik (sprechende Tiere) gegenüber
 - ➔ **Leerstelle:** Warum die Vorwürfe gegen das Schaf?
 - ➔ Wolf wird durch Wertungen negativ dargestellt

- **Rezeptionen zum Vergleich:**
 - Jean de la Fontaine (Eigene Fassungen)
 - James Thurber (Verfremdungen des Phaedrus)
 - Aufgrund Gattungs- und Motivwissen der Schüler bearbeitbar

Caesars „Orgetorix‘ Aufstieg und Tod“ (Caes. b. G. 1,2 und 4)

1,2,1 Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgetorix. Is M. Messala, M. Pisone consulibus regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit et civitati persuasit ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent: **2** perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri. Id hoc facilius iis persuasit, quod undique loci natura Helvetii continentur.

1,4,1 Ea res est Helvetiis per indicium enuntiata. Moribus suis Orgetoricem ex vinculis causam dicere coegerunt; damnatum poenam sequi oportebat, ut igni cremaretur. **2** Die constituta causae dictionis Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam, ad hominum milia decem, undique coegit, et omnes clientes obaeratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit; per eos ne causam diceret se eripuit. **3** Cum civitas ob eam rem incitata armis ius suum exequi conaretur multitudinemque hominum ex agris magistratus cogerent, Orgetorix mortuus est; neque abest suspicio, ut Helvetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciverit.

Phaedrus‘ Fabel „Wolf und Schaf“ (Phaedr. 1,1)

Ad rivum eundem lupus et agnus venerant,
 siti compulsi. Superior stabat lupus,
 longeque inferior agnus. Tunc fauce improba
 latro incitatus iurgii causam intulit;
5 "Cur" inquit "turbulentam fecisti mihi
 aquam bibenti?" Laniger contra timens
 "Qui possum, quaeso, facere quod quereris, lupe?
 A te decurrit ad meos haustus liquor".
 Repulsus ille veritatis viribus
10 "Ante hos sex menses male" ait "dixisti mihi".
 Respondit agnus "Equidem natus non eram".
 "Pater hercle tuus" ille inquit "male dixit mihi";
 atque ita correptum lacerat iniusta nece.
 Haec propter illos scripta est homines fabula
15 quifictis causis innocentes opprimunt.